Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum

In Duos Libellos Partitum

De Decimis, oblationibus, Sepulturis, bonis Parochorum, aliisque scitu utilissimis materiis

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1668

VIII. An proles ex matrimonio illegitimo nata sit legitima?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40891

Visual Library

noluiſſet, mulier debuiſſet in Monaſterio, vel alio loco ſibi non periculoſo degere. An autem mulier adultera ante latam divortii ſententiam invito marito poſſit ad profeſſionem recipi? videatur Sanch. de matrim. *lib.* 10. *diſp.* 10. *n.* 7. quod communiter apud eum negatur, quia innocens non tenetur invitus dimittere nocentem, & ſi ſemel dimiſerit, poteſt denuò recipere.

Si caſus de præſenti foret, & circumſtantiæ loci, temporis, & perſonarum cognitæ, forſan melius conſilium incideret, interim hoc diſcurſus gratiâ libuit inſerere.

Ad VIII. & ult. Quæſt.

An ſeparato Matrimonio putativo filii inde nati ſint legitimi?

EX ſuppoſita narratione, quod matrimonium publicè in facie Eccleſiæ præmiſsis denunciationibus, & ſine contradictione contractum, & unus ſaltem ex conjugibus

in bona fide fuerit proles legitimè nata cenſebitur. tex. plane ad propoſitum *in c. ex tenore. pen. Qui filii ſint legitimi. c. 2. Eod. tit. c. 3. §. ſi quis vero. de clandeſt. deſponſ. Hen. Zoeſ. ad d. tit. Qui filii ſint leg. n. 7.*

Hæc demùm omnia in VTROQUE LIBELLO MANUALIS PAROCHORUM ad Laudem & Gloriam Omnipotentis DEI, DEIPARÆ Virginis, S. Caroli, S. Benedicti, atque S. Juonis, omniumque Cœlitum honorem dicta, S. Matris Eccleſiæ, & Cuiuſque meliori judicio lubens ſubmitto.

FINIS.